

No. 262. 1284. 19. Oct.

B. Withego verleiht denen, welche bussfertig an gewissen Festtagen die Bonifacius-Stiftskirche (Moritzkirche) zu Halberstadt besuchen, vierzig Tage Ablass.

Wedego dei gratia Misnensis ecclesiae episcopus honorabilibus viris . . praeposito . . decano et capitulo ecclesiae sancti Bonifacii Halberstadensis salutem et sinceram in domino karitatem. Loca sanctorum omnium pia et promta devotione sunt a Christi fidelibus veneranda, ut dum dei honoramus amicos, ipsi nos amabiles deo reddant, et illorum nobis patrocinium vendicantes quodammodo apud ipsum, quod merita nostra non obtinent, eorum mereamur intercessionibus obtinere. Cupientes igitur ut ecclesia vestra congruis honoribus frequentetur, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui dictam ecclesiam in sancti Andreae apostoli et beatorum martyrum Bonifacii et Mauritii, in quorum honore ipsa ecclesia sicut asseritis est fundata, festivitibus et in die dedicationis eiusdem ecclesiae annuatim venerabiliter visiterint, de omnipotentis dei misericordia quadraginta dies de iniunctis sibi poenitentiis misericorditer relaxamus. Datum Halberstath anno domini M^o. CC^o. LXXXIII^o. XIII^o. Kal. Novembris.

Nach dem Orig. im Prov.-Archiv zu Magdeburg. Von dem an leinenen Fäden befestigt gewesenen Siegel ist nichts mehr vorhanden.

No. 263. 1284. 10. Nov.

Markgraf Heinrich beurkundet, dass in dem zwischen ihm und dem B. Withego obschwebenden Streite über das Gericht im Lande Wurzen durch Erhebungen an Ort und Stelle von beiderseits ernannten Vertrauensmännern festgestellt worden sei, dass die Gerichtsbarkeit dem B. und seiner Kirche zukomme, leistet hiernach auf dieselbe Verzicht und bezeichnet die Gerichtsgrenzen.

In nomine domini amen. Nos Heinricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio recognoscimus tenore praesentium, quod cum inter ceteras causas dissensionis, quae vertebantur inter venerabilem patrem dominum Wythegonem episcopum Misnensem conpatrem nostrum dilectum ex una et nos ex parte altera super iudicio terrae Worscynensis controversia fuisset exorta, post multos tractatus hinc inde habitos missis ad hoc et deputatis viris discretis et fide dignis ex parte nostri Alberto dapifero de Burnis, Rudegero de Schaghowe et Alberto de Luppe militibus, ex parte vero domini episcopi domino Heyndenrico cantore, domino Conrado custode dicto de Boruz et domino Arnolde de Jericho cellerario, canonicis ecclesiae Misnensis, domino Heinricho Burlebano milite et Tammone de Schurnowe ad investigandum de iudicio praenotato, utrum ad nos vel ad dominum episcopum pertinere deberet, quorum assertione prout a senioribus incolis terrae Worscynensis ad hoc iuratis et requisitis didicerant et audiverant certissime et apertissime fuimus informati, dictum iudicium terrae Worscynensis ad praefatum dominum episcopum et ecclesiam Misnensem absque omni dubio pertinere. Nolentes igitur in periculum animae nostrae heredumque nostrorum dictum iudicium contra iustitiam occupare, eidem iudicio, quod de facto occupavimus, renunciavimus et ex nunc renunciamus nolentes ipsum episcopum, successores suos vel ecclesiam Misnensem per nos, heredes nostros, iudices vel officiatos quoscumque in saepe dicto iudicio turbari vel